In illo tempore: Cum audiſſent quidam de tur-
ba ſermones domini ihesu. dicebant. Hic est
uere propheta. Alii dicebant. Hic est christus.
Quidam autem dicebant. Numquid a galilea
christus uenit? Nonne ſcriptura dicit. quia ex
ſemine dauid et de bethleem caſtello ubi
erat dauid uenit christus? Diſſenſio itaque
facta est in turba. propter eum. Quidam autem
ex ipſis uolebant apprehendere eum: ſed ne-
mo miſit ſuper illum manus. Venerunt
ergo miniſtri ad pontifices et phariſeos.
Et dixerunt eis illi. Quare non adduxiſtis
eum? Reſponderunt miniſtri. Numquam
sic locutus est homo: ſicut hic loquitur.
Reſponderunt ergo eis phariſei. Numquid
et uos ſeducti eſtis? Numquid aliquis ex
principibus credidit in eum. aut ex pha-
riſeis? Sed turba hec que non nouit le-
gem: maledicti ſunt. Dicit nichodemus
ad eos ille qui uenit ad ihesum nocte: qui

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/8/2, fol. [7]r – Lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0ekj/5506/52011)